gracia dicens (Fuge declinare dilecte mi) abire et declinare dilecte mi de
non quod eos quos iam acquisierat derelinquat et alios illis preferat sed
quia diuinitas ubique presens sic alios sibi sociandos adit et declinat
ut quos iam sibi adiunxerat hos nunquam incepta gracia consumet Et que
sumus eam tenemus i. propterea nos laborabimus investigare eum totum alio
quod si absque te quereremus vel ipsum inveniremus ut nos filios con
putaremus vel alii ut sit deus nos abiit et declinauit secundum suam
et potestate eterna abire deus cum tamen sit ubique presencia potencia
et substancia quia licet ipsum secundum opera sua videamus attendamus tamen
multa in effabilis dei magnitudinis cognoscere non valemus quia
magnitudinis eius non est finis Maior enim cognicio que in presenti
de deo habetur est secundum opera eius Cum tamen a nobis quantum ad
suam incomprehensibilitatem abeat tamen ad nos per suam misericordie
graciam declinat ut licet plenam dei noticiam non habeamus tamen sue
semper misericordie animus attendere desideremus Explicit liber canticorum

Explicit liber canticorum

## Ecclesiasticus

Ecclesiasticus

Omnis sapientia a domino deo est / ecclesiasticus id est ecclesiastes esse utilissimus
est / qui congregator uel collector interpretatur sicut ille concionator
sed ecclesiastes ad [illegible] efficitur et ad quelibet predicare / ecclesiasticus
qui propter excellenciam eciam suarum parabolarum .i. omnium eciam capite appellatur
cuius tanta claritas tanta que latinitas est ut ipse sibi commendat sic Omnis sa
piencia etc Incipit ab eterna dei sapiencia que christus est qui eciam pre
est semper ante secula / secundum illud In principio erat verbum et verbum erat
apud deum etc A domino deo est quia christus fons vite lux vera de
patre nascitur / et omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nichil
Unus quibus hec sapiencia caret in tenebris ambulabat et nescit quo vadit
sapiencia enim huius mundi stulticia est apud deum et prouidencia eius more
Arenam maris et pluuie guttas / et dies seculi quis dinumerauit corporalia
corporalibus comparat ut per dissimilimus quod omnino impossibile est pro
estimetur Si enim ea que nota sunt et mensura et pondere condita sunt
nemo potest dinumerare quanto minus sapienciam dei sine initio et
sine fine venerabilem inestimabilem potest investigare Prior omnium
creata est sapiencia etc secundum humanitatem mediatoris dei patris / sed pro sa
lute generis humani predestinata est incarnacionem dicendum autem quod propter
unitatem persone aliquando christus deus genitus aliquid creatus confitemur
propter verbum dei incarnatum Origo enim omnis sapiencie a verbo